



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 123. Synodus Augustana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

pro illorum salute orare: pariter in eadem Synodo inhibitur, ne quis in præfata urbe & oppidis, Dominicis & festis diebus extra Ecclesiam Parochialem quocunque ex prætextu lingua vernacula concionetur, lingua vero peregrina non fiat concio ante horam decimam, quæ tamen ultra horam non protrahatur, gravissime insuper puniendos declarat Synodus, qui Cœnam Domini depingunt instar Cœnæ Calvinisticæ, scilicet, positis in lance panis frustis oblongis, aut ossis rubro vino tinctis: quoniam vero illo tempore passim ab Iconomachis plurima Tempora & Altaria fuerant profanata, conculcata & everfa, propterea omnes & præcipue eos, qui furore hæretico concitati ipsimet ejusmodi vastationibus operam aut ansam dederunt, ut ad festinam reparationem concurrant, hortabatur Synodus, ac per ædituum diebus festis & Dominicis eleemosynas colligi jubebat.

§. CXXIII.

Synodus Augustana.

Non minori Religionis ac reparandæ disciplinæ studio accensus Henricus a Knöringen Augustanus Episcopus die tertia Octobris Synodum Provinciam

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

Concil.
Germ. t. 9.
Kham Hier.
Aug. p. 1.
fest. 10, c. 6.

vinci-

Sæc. XVII. vincialem, qualis ab annis quadraginta
A. C. 1610. quatuor habita non est, in Ecclesia Ca-
 thedrali celebravit: Convocabantur
 quidem Elvacensis Præpositus, Bux-
 heimensis, Meminganus, & Gmind-
 tensis Superiores, omnesque Commen-
 datores, eorum tamen nullus compa-
 ruit, quorum contumacia ab aliis ac-
 cusata Episcopus die quarta ejusdem
 Octobris, ea non obstante in Synodo pro-
 cedendum decrevit. Ceterum non no-
 va sed duntaxat vetera statuta Syno-
 dalia magno studio revisa, atque in no-
 vam magis commodam normam fuere
 redacta, quæ etiam publice ex suggestu,
 & quidem prima eorum pars præfata
 die prælegebatur, eo fine, ut cuncti
 diligenter attendentes, si quid ulteriori
 deliberatione indigere videbitur, indi-
 carent, ac desuper sententias suas di-
 cerent: Altera die mane pars secunda,
 & post meridiem tertia statutorum pars
 usque ad medium, residua vero tertiæ
 partis, die sexta præfati Mensis recitata
 fuere: Tum vero Episcopus jussit, ut cu-
 juslibet classis quidam in locis sibi de-
 stinatis convenirent, percepturi, quæ
 ipsis circa foundationem Seminarii pro-
 poni curabit Episcopus; exponeban-
 tur etiam a diversis diversa gravamina,
 ad quæ resolvenda, ut singulæ classes
 unum ex se idoneum deputarent, Epi-
 scopus

scopus præcepit. Altera die, quarta & ultima Statutorum pars fuit prælecta: die autem octava Octobris præfati Deputati suas sententias, & judicia de hisce decretis Synodalibus ferebant, quæ Episcopus se cum suis Consiliariis perpendurum spondit, simulque egit de subsidio ad Seminarium, necnon ad præsentis tumultus bellicos liberaliter conferendo. Tandem die nona Octobris Episcopi Vicarius contra eos, qui ad hanc Synodum vel omnino non comparuerunt, vel legitime sese non excusarunt, reclamabat, professus, quod hæc absentia nec Synodo nec Episcopi iuribus ullo pacto fraudi esset, nec vicissim Episcopus per hæc Statuta ulli in suis exemptionibus & privilegiis quicquam derogare intendat.

Sæc. XVII.
A. C. 1610.

§. CXXIV.

Principum ac Virorum illustrium obitus.

Hunc annum sibi ac vitæ suæ exitialem plures experiebantur illustrissimi Viri, quos inter Electorali dignitate conspicuus erat Fridericus IV. Comes Palatinus Rheni, qui die octava Septembris Heidelbergæ subitanea morte extinctus est, cuius Electoratus administrationem Joannes Comes Palatinus

*Merc. Gal-
lobelg. an-
nal. tom. 6.
l. 4. p. 611.
Es 636.*

nus